5927 Mediolani CYR. (locum accuratius non enuntians). In aedibus Io. Iac. Trivultii ALC. FLOR.

V F
AVE · ALCIME · BENE · TIBI · SIT
D · M
C · IVLIO · ALCIMO
RAVENNATI
COMPARATOR
MERCIS · SVTORIAE
ET · VIRIAE · MARCELL
CONIVGI · OPTIMAE
ET · HERMIAE · LIB · ET
CAETERIS · LIBERTIS
LIBERTABVSQVE · MEIS
ET · VIRIAE · MARCELLAE
H · M · H · N · S

Cyriacus comm. p. 34 n. 72 (inde Donat. 319, 8) et apud Marcanovam Mut. f. 113 n. 61, Felicianum cod. Tarv. f. 82 n. 37 et in syll. n. 58, Ferrarinum (Trai. f. 69', Reg. n. 15), Sanutum f. 94', Mur. 959, 4 ex schedis Farnesiis. Item Alciatus apud Cholerum f. 38 et Dresd. l. 1 f. 87 (inde Apianus 48, 2; Manutius 391; Ligorius Taur. 11. 15; Smetius 168, 14 ex Ap.; Grut. 649, 2 ex Ap. et Alc.; Orelli 4168). Principium (v. 1. 2) habet cod. musei Flor. 7*b* f. 94.

V. l. dabo Cyriaci (comm.), Marcanovae, Feliciani (Tarv.), Choleri, Dresd. Versus divisi ad Cyr., nam in Trivultianis versuum divisionem saepe neglegit Alciatus. — 2 ALCIMAE Chol. — 4 IVLIVS Marc. — 11 CAETERIS omnes. — 12 LIBERTABQ Marc. Felic.

5928 Mediolani in aedibus Ludovici Mazentae FERRAR. Ex iisdem aedibus (*contrada degli Amadei*) a. 1858 illata est in bibliothecam Ambrosianam BIRAGHI.

supra est nux pinea
P · IVLIO
MACEDONI
urceus NEGOTIATORI *patera*
SAGAR · ET PELL
P · IVLIVS · SENNA
LIB

Descripsi. Oct. Ferrarius misit Manutio a. 1569 (cod. Vat. 5236 f. 208); Spon misc. p. 226 ex Mezzabarba de Biragues; Biraghi *Gazzetta di Milano* 5 Mai. 1858.

Vv. male divisit Spon et adiecit in fine C · GEMINIO (cf. n. 6016).

5929 Mediolani rep. 1866 in fundamentis domus Milesi in via Orso-Olmetto in ruderibus moenium Romanorum aetatis Diocletianae et illata in Breram CAT. MUS.

D M
PERPETVAE
SECVRITATI
M MATVTINIO · MAXIM
NEGOTIATORI · SAGARIC
urceus CIVI · MEDIOMATRICC *patera*
P C
M · MATVTINIVS
MARCVS · FRATER
ET · C · SANCTINIVS · SANC///

Descripsi. Ed. Car. Robert *mémoires de la société des antiquaires de France* 32 (1871) p. 207 seq. adiecta tabula, nihilo minus male.

5930 Mediolani in horreis Brerae a. 1862 DETLEFSEN. Ibidem adhuc.

COIVGI · ET · PETRONIO
PRIMITIVO · LIB
QVI IN ARTE SVA QVOD FECIT MA
LE QVIS MELIVS QVOD BENE NON ALIVS
QVI APVD SVPEROS HONESTVS VIXI *sic*
PLVS FAMA QVAM FORTVNA · QVI
POST · ANNOS · TANDEM · AETERNA
SEDE · RECEPTVS
SILET

Descripsi. Ed. Detlefsen *Bullettino dell' inst.* 1862, 49 et Biondelli *il Politecnico* 13 (1862), 64.

5931 Mediolani in aedibus Hieronymi Montegnanae Aloysii f. in urbis regione q. d. S. Zenonis.

protome viri vas ansatum manu tenentis
C · POMPONIVS · C · L · PAL
SACCO *s* COPO
HIC · DOMINVS · TITVLI · NÓTÁ

Cicereius in coll. ms., qui descripsit indicatam sibi a Bartholomaeo Menabenio.

5932 Mediolani in templo maximo S. Mariae ALC. *sotto l'acqua benedetta* addit ACC. In aedibus Ludovici Mazentae praesidis quaestionum extraordinariarum FERRAR. In aedibus Magenta a. 1844 adhuc fuit LABUS *giorn. dell' Istit. Lomb.* 5, 360. A. 1858 ex iisdem aedibus, *contrada degli Amadei*, illata est in bibliothecam Ambrosianam.

T · PONTI
MAIORIS
NEGOTIATORIS
LENTIARI · ET *sic*
CASTReNSIARI
MARIA · IVSt
IACCI · FIL *sic*
CONIVNX · MARt
INCOMPAR
ET · GRATVS
GEMINAE · FIL
AMIC

Descripsi. Alciatus apud Cholerum f. 39' et Dresd. l. 1 f. 54 (inde Apianus 51, 1; Manutius 551, 10; Grut. 649, 5 ex Alciatinis; Donat. 324, 3 ex iisdem adhibito Zaccaria; Orelli 4254); Accursius ms.; Oct. Ferrarius misit Manutio (cod. Vat. 5236 f. 206) a. 1569; Biraghi *Gazzetta di Milano* 5 Mai. 1858.

Negotiator lentiarius sive lintiarius et castrensiarius conferendus est cum negotiatoribus vestiariae et lintiariae Augustanis (vol. 3 n. 5800). Negotiator castrensiarius pertinet ad vestem castrensem (Orell. 2837. 6375) nec differt a negotiatore sagario.

5933 Mediolani erat apud moniales S. Antonini, nunc apud Archintios PUCC. 1655; in domo Archintia GUD. et POSTERIORES. Nunc est in Brera.

D M
gladiator stans cum pugione et scuto *galea in palo canis*
VRBICO · SECVTORI
PRIMO · PALO · NATION · FLO
RENTIN · QVI · PVGNAVIT · XIII
VIXSIT · ANN · XXII · OLYMPIAS
FILIA · QVEM · RELIQVIT · MESI · V
ET · FORTVNESIS · FILIAE
ET · LAVRICIA · VXSOR
MARITO · BENEMERENTI
CVM · QVO · VIXSIT · ANN · VII
TE MONEO · VT QVIS · QVEM · VICe
RIT · OCCIDAT ·
COLENT · MANES · AMATORES IPSI
VS

Contuli. Puccinelli chron. abb. de Glaxiate p. 370; Archintius ad Alciatum in praem. f. 8; Gudius qui vidit ms. 469, 1, ed. 290, 1 (inde maxime Orelli 2572); Gratiolius aedif. Mediol. p. 138 seq.; Mur. 617, 1 ex schedis suis (id est e Puccinellio) et a Gratiolio; Labus apud Rosminium 2, 277. 4, 435 (inde Biondelli *il Politecnico* 13 [1862], 71). Anaglyphum repraesentaverunt Giulinius *cont. delle memorie* in indice vol. 1 et Labus l. c. Tractavit Marinius Arv. p. 25 n. 181.

6 et MESI · V et M · EST · V admittit lapis. — 7 *filiae*, scilicet *servus*. — Infra extra ordinem addita est littera T solitaria, puto a manu recenti.